



Agnas habeo tibi gratias ob munus tuū iu-
cundū, quod ad me nuper misisti, sed ijs ma-
iores alias ob epistolam tuam, ουδερ δ αν άπόν
τωρ τήν ειλωρη μακράρ αφεσκηότωρ πρσασικόρ ου
τω μνημόστωρ εικ, ως τουτ τ υπομνημα τδ δ επι
σολωρ τήν πρσά τήν ειλωρ επισαλφσωρ. η γάρ τι τα
μν δωρα, τα πρσά τ ειλωρ δεδωρημενία, βσι μοι αυτα κεχαρισμενία,
ε δη και τ πέμφαντ ημας αναμιμνήσκοντα, όσορ γε δη χρόνορ
περιεσι ουκ αναλισκόμενα. ου μηρ δε η πρσις γε τουε ειλρε τουε εν
αλλοδαπή μακράρ ημωρ απρητημενίουσ. ουδε δη τσ προσειλωε ε κα
τα προσωπορ κοινολογηθη χειρι ημιν πρσέχθ. Video & intelli-
go εβ parum tibi uacet ειναι επισαλικω cum aliās, tum in edi-
tione tam ardui ac grandis operis occupato. Itaq; facile
excusatam à te causam accipio, quamobrem diu non rescri-
pseris. Sed & mihi eadem opera ueniam ipse paciscor, q
ad te interim nihil literarum dederim. Sum em̄ ego quocor
curis tam uarijs, tamcor multis implicitus, εβ qui maxime,
Quæ mihi fors uitæ paucis annis impacta uel diuinitus,
uel à fortuna, tam maxime molesta est, quàm est maxime
diuersa à pristino uitæ meæ instituto. Legi in tuo Galeno
(diui boni quàm splendido futuro mox opere) ea quæ me
legere Lupsetus uester uoluit, iuuenis omnino ingenu⁹,
specimen honestatis, & comitatis uel Anglicæ uel qualis-
cunq;, & natales generosos preferens, cum eruditione nō
mediocri. Siquam præterea opellam nauare me tibi uis,
αφειδωε χρω τω φίλω εβ δ ποιωδ ή ποτε ανταναγνώση τωρ σωρ. Nec
em̄ maligne locare, nec addicere magno opas meas soleo:
ijs quidem certe quos dignos esse censeā, queis ultro indu-
striam meā uenditem. Legati nostri iam istic agent, ut opi-
nor, cum tu has literas acceperis: uelim si res ita tulerit, ut

amicum te mihi esse sciant: quando ego literarum peritis
Linacri doctrinam deprædicaui. In comitatu Parisiensis
Antistitis est Nicolaus Beraldus, utraq; lingua doctus,
& mihi magnopere familiaris: q; te omnino aditurus est.
Longiores à me literas habuisses, nisi iam iam rus profes-
cturum negocia multa obeunda me urssissent. Vale, Parisi-
sij; postridie natalis diuæ Dei parentis.

GVLIELMVS BVDAEVS LV
DOVICO VIVI S.



Pero te purgationem meam accepisse de eo
quod neglecti me officij insimulare uideba-
re: si tamen literas accepisti, quas nuper ad
te dedi. Nec Germanum autem illum nobi-
lem, nec Britannum uidere mihi contigit
quorum tu in literis tuis meministi. Qua
in re non dubito me compendium non spernendum amis-
sisse in ratione amicitia; cui calendarij mei paginas præci-
puas destinaui. Nam binas tuas literas uno die accepi, cū
rure in urbē uenissem. Postremæ autē casu magis quàm
destinato mihi redditæ fuerunt: temere enim creditæ alie-
nis manibus fuerant, à quibus iam resignatæ in meas inci-
derunt. Proinde ut te iam utar placatiore, nosse hoc oportet,
ruri me nunc agentem uix bis in mense, nec nisi coas-
ctum in urbem uentitare. Quippe qui literariam supelle-
ctilem bona ex parte in Marlianum uicum meum transtu-
lerim; ubi æstatem uenientem exacturus sum, si tandiu
uixero. Et est adhuc ibi quod procurationem meam pos-
cat, & p̄sentiam, etiam si uilla urbana absoluta est. Quare
nec literas statim urbanæ domi redditas accipere ipse pos-
sum, cum in uilla sum, nec sub manu tabellarios habere.
Aegrotavi etiam grauius ab ineunte hyeme: id quod alter-
nis sermē